



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den
Antverpiæ, M. DC. XLV.

Qui accusare matrimonia possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

Qui accusare matrimonia
possint.

RESPONSVM I.

*Periculum peccati, & fauor
matrimonij facit ne tam
facile soluatur contra-
ctum, quam impe-
diatur contra-
bendum.*

1.
Vt impe-
diri con-
trahendum
& solui
contractum
possit dif-
ferentia
probatio-
num.

Matrimonij fauor animæ-
que salus, quæ in eo versa-
tur, facit, vt nec contrahi possit
si denuntietur, quamuis nec ple-
nè probetur, impedimentum: c. *super*
eo cl. 2. X. de test. c. *præterea*, cl. 2.
de sponsal. late Sanchez de mat. lib. 1. dis-
71. nec dissolui; si non omnino
plenè. c. 1. X. de consanguin. & affin.
idem Sanchez lib. 2. disp. 45. n. 30. vt
&, quamuis ne contrahatur suffi-
ciat impedimenti confessio; *idem*
d. lib. 1. disp. 72. non sufficiat etiam
vtriusque, vt dirimatur. c. *super eo*,
X. de eo qui cognouit consang. & tamen
iterum sufficiat, vt contractum
credatur: c. *sufficit*, 27. q. 2. l. *nuptias*.
D. de reg. iur. & vt thorus separe-
tur. c. *ex literis*, X. de diuor. c. *intel-*
leximus, X. de adult. Sanchez d. d. 45.
n. 33. & seqq. quia enim quod Deus
coniunxit, suo consensu separare
coniuges non possunt; vtique di-
rimere sua confessione matrimo-
nium nequeunt: sponsalia pos-
sunt, & thorum.

2.
Testium &
Iudicum
grauitas.

Cæterum aliàs generatim gra-
uitas causarum matrimonialium
probationes exigit plenas, testes
omni exceptione maiores, atque
circumspectos; Iudices etiam dis-
cretos; qui & potestatem habeant iudi-
candi, inquit d. c. 1. & statuta ca-
nonum non ignorent. potestatem iudi-
candi rectè interpretatur glossa
ordinariam vel delegatam. ex fa-

cto autem d. c. testes deposuerant
coram archipresbytero tantum;
cui iure non tribuitur potestas iudi-
candi, sed præest præbyterali-
bus tantum officijs: c. 1. & tot. tit.
X. de off. archipresby. sed Archidia-
cono: c. 1. 7. in verb. *andere* iurgia
singulorum, & vers. *vt loco* Episcopi
& c. & tot. tit. X. de off. Archidia-
quamuis & hoc ipsum nunc ve-
tuit in matrimonialibus Conci-
lium Trid. s. 24. c. 20. §. *ad hac*. vbi
causas matrimoniales non archi-
diaconorum aut inferiorum adco-
que neque arbitrorum, iudicio,
sed Episcoporum examini, & iurisdic-
tioni reseruat. sed loquitur d. s.
adhuc, vt alibi diximus, in prima
instantia, quamuis & iam antè
stylum fuisse Curia Romanæ, vt
causæ appellationum matrimonia-
lium non nisi Episcopis, eorumque
officialibus delegarentur, ait Ioan.
Andræ in c. *statutum de rescript.* in
6. a. leoque aduersus idem Cap.
poterat obtineri delegatus extra
diocesim, non tamen prouinciam.
c. *neminem*, c. 4. §. 6. 14. *caus.* 3. §. 6.
quod ipsum renouat Concilium
d. c. 20. vt nec in secunda, nec in
tertia instantia extra prouinciam,
adeoque nec Romam trahi possit
causa matrimonialis: nisi tamen, si
pars vna in prouincia vetè par-
ticipatam probauerit, altera & ali-
menta & expensas litis velit sub-
ministrare. d. c. 20.

Enimvero sicut contrahendo
probandoque matrimonio suffi-
ciunt parentes, consanguinei, &
aliàs non idonei. c. *videtur*, X. *qui*
mat. accus. possint, nisi grandis esset
imparitas; c. *super eo*, 22. X. *de re*.
stib. nec in eo quicquam mutauit
Conc. Trid. Sanchez de mat. l. 3. d.
41. & quicquid videri potest fidei
testium deesse, suppletur hodie
per parochi præsentiam. sed & eo
mortuo, nec libro reperto in quem
relatum sit contractum matrimo-
nium, obtinent veteres probatio-
nes: ita in dirimendo matrimonio
ex causa consanguinitatis vel affi-
natis

nitatis rigide semper processum fuit; c. consanguineos. c. notificamus. c. de parentela. 5. & 8. caus. 35. q. 6. & quidem olim in Synodo; d. c. consanguineos. c. multorum ibid. & quamuis testes de auditu reciperentur, cum ad septimum vsque gradum naceretur impedimentum; tamen hodie cum illud ad quartum restrictum est, id prohibetur. c. licet. 47. in verb. Statuimus ne super hoc recipiantur de cetero testes de auditu. X. de test. nisi forte persona graues extiterint, quibus merito fides sit adhibenda. & oportet vt testes personas designent, & ab utroque latere singulos gradus clara computatione distinguant, & iurati deponant se vidisse personas, vel in vno predictorum graduum constitutas pro consanguineis se habere. d. c. licet. eademque computatio a stirpitate aut fratribus saltem & fororibus incipienda est: non ab auunculo & nepote, seu fratris aut sororis filio. c. tua. X. de consanguin. & affin. nec est laxanda facultas; cum qua ratione computationem inciperent a gradu secundo; eadem ab vlterioribus inchoarent. d. c. tua. tum quia tolerabilis est aliquos contra statuta hominum dimitte e copulatos; quam coniunctos legitime contra statuta diuina separare. d. c. licet. quod omnimodo obseruandum est in probatione per testes. Barbosa in d. c. licet. sic tamen vt per instrumenta consanguinitas probari etiam possit, per presumptiones, & alia genera probationum. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 409. 410. Sanchez de mat. l. 1. d. 71. ita tamen vt plena sit probatio: & clara computatio: & finis idem obtineat in alijs probationibus, quem spectat d. c. licet. in testibus. in quibus illud loquitur dumtaxat.

Cum ergo in actis presentis litis computatio clara non sit; sed testes in incerto vagentur, nec alia probationes vllam plenam conficiant; merito dicendum est; Non liquere.

De Diortijs.

RESPONSVM I.

De Sæuitia.

Quamuis per transactionem tollantur omnes priores super sæuitia querelæ; l. 10. & 16. C. de transact. & actio perimatur; l. 31. eod. & difertè instrumento transactionis id comprehensum sit; adeo vt nec rescripto Principis resuscitari possint: d. l. 10. & 16. C. de trans. tamen non impedit illa, quin antè gesta faciant ad demonstrandam sæuendi consuetudinem, si iterum vir sæuiat, & incorrigibilitatem, ac emendationis futuræ desperationem, requisitam ad diortium. Sanchez de mat. l. 10. d. 18. Basl. Pontius de mat. l. 9. c. 13. sed & quamuis coniugalis copula secum vehat reconciliationem; Sanchez de matrim. l. 10. d. 14. tamen, quæ hinc interuenit expressa etiam reconciliatio, non est plena. & quæ nascitur ex copulæ præsumptio, restringitur hinc pactis transactioni insertis. 1. quod inita sit per modum probationis; 2. quod si maritus iterum trudet, verberet, seu alias malè tractet vxorè, liceat ei diuertere; 3. idque propria auctoritate; 4. quodque super factis sæuitiæ iuramento eius stabitur; 5. quod Officialis poterit interponere desuper decretum diortij.

Huiusmodi pacta, extra hypotheseim, non satis cum iure conueniunt. non enim sine iudicio ecclesiæ licet diuertere. c. porro. X. de diort. nisi sæuitia sit nimia, & vitæ periculum, aut grauis mali. c. literas. X. de rest. spol. c. ex transmissa. eod. c. 1. X. vt lit. non contest. donec secura cautio præstetur. quando demum sit spolij restitutio. quod si securitas dari nequeat, manet separatio. Sanchez de mat. l. 10. d. 18. Pontius de mat. l. 4. c. 23. At verò hinc ante transactionem pro-

1. Transactio præterita tollit, sæuendi consuetudinem in futuris, non impedit probari ex præteritis.

2. Restringitur pactis adiectis.

3. Vt sine ecclesiæ iudicio non liceat diuertere.

4. Nisi nimia sit sæuitia, nec vlla securitas.